

cionem paciatur, interjecta atque interposita et semper salva, quod principales census xxii gr. in dictis possessionibus nostre ecclesie originaliter et primarie fundati et locati ante omnia eciam pre istis secundariis censibus nobis et nostro conventui integerrime exsolvantur. In ejus rei testimonium anno domini m° cccc° xiii° dominica palmarum
5 sigillum nostrum presentibus est appensum.

169.

*Bischof Rudolf von Meissen eignet dem Altar der Kalandbrüderschaft (oder des heil. Laurentius und der heil. Barbara) in ULFKirche die demselben durch Hentzil Hartusch geschenkte Summe von 55 Schock Meißnischer Groschen, für welche 5 $\frac{1}{2}$ Schock Zinsen auf verschiedenen Häusern vor
10 Freiberg gekauft worden sind. Stolpen, 1413 Mai 19.*

Hdschr.: Gleichzeit. Abschr. Stiftsarchiv Meissen. Liber Rudolphi fol. 56^b.

Rudolfus ꝛc. Sane exposito nuper pro parte providorum Nicolai Hartusch senioris et Johannis ejus germani de Friberg, qualiter pater ejus Henczil Hartusch de bonis sibi a deo collatis certas pecunias, videlicet quinquaginta quinque sexagenas grossorum Mis-
15 nensium Fribergensis monete, — ad altare fratrum kalendarum in honorem sanctorum Laurencii martyris et Barbare virginis gloriose in ecclesia parochiali beate Marie virginis opidi Friberg nostre diocesis fundati et erecti — dedit donavit pie ac liberaliter assignavit, pro quibus quidem sexagenis certi census annui videlicet quinque sexagene cum dimidia de certis domibus habitacionum extra muros opidi ante dicti situatis per incolas et
20 eorundem successores singulis annis rectori dicti altaris in suis terminis absque quocumque impedimento solvende in dotem et proprietatem altaris prefati reempcionis titulo empti et comparati existunt, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, nobis cum supplicatione debita et devota sunt oblati, quatenus eosdem — suscipere, ecclesiasticis bonis annumerare ac ipsum altare titulo ecclesiastico ac beneficiali auctoritate nostra
25 ordinaria graciosius insignire dignaremur. Nos igitur Rudolfus — altaris hujusmodi fundacionem erectionem dotacionem ac ordinacionem — approbamus ratificamus ac — confirmamus —. Altarista pro tempore existens ad tres missas septimanatim in dicto altari celebrandas se noverit obligatum. Jus patronatus sive collacio altaris prefati, quocienscunque vacare contigerit, ad ante dictos Nicolaum Hartusch et Johannem ejus ger-
30 manum et eorum heredes perpetuis futurisque temporibus pertinebit, si et in quantum plebano ecclesie beate Marie virginis in Friberg competens factum fuerit restaurum; si non, extunc collacio ad plebanum ecclesie ante dicte et suos successores devolvetur perpetuis futurisque temporibus tempore vacationis persone ydonee conferendi. Volumus autem, si census prefatos — reemi contingat, extunc altarista ꝛc. ꝛc. — Datum et actum
35 in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo cccc^{mo} xiii. feria sexta post dominicam jubilate nostro autentico sub sigillo.